

1196 Massa argenti rep. a. 1777 in turri Londiniensi (*the Tower of London*) una cum nummis Arcadii et Honorii; servatur in museo Britannico. Forma est cunei duplicis (*of a double wedge*), ab utroque latere caedendo laevigata et tenuior facta; longa dig. 4, lata ima et summa $2\frac{3}{4}$, media $1\frac{3}{4}$, crassa $\frac{3}{8}$; pondo dicitur esse librae unius.

EX OF FL
HONORII

Contuli. Ier. Milles *Archaeologia* 5, 1779 p. 291 tab. 25 n. 1 (inde Goughs *Camden* 2 p. 93 cf. 1 tab. ad p. CXX; Newton p. 120, 144a; C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 409 et *Roman London* p. 31, 12 tab. 22, 3; ego mus. *Rhen.* 12, 1857 p. 369 et 13, 1859 p. 365; Wright *the Celt* p. 239; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40; Yates p. 24; I. B. de Rossi *bull. arch. crist.* 6, 1868 p. 47).

1 EX OFFIC Milles, EX OFFI Gough in tabula, EX OFFE Newton, EX OFFI Smith. Mihi non liquebat, utrum EX OF FL AN EX OFFI legendum esset; illud fortasse praestat.

2 HONORII Milles, scilicet cogitabat imperatorem Honorium indicari; HONORI Gough in tabula. Sed quod dedi certum est.

ex of(ficina) Fl(avii?) Honorini

Pondo librae unius Romanae fuisse potest, neque vero pro pondere fuisse credendum.

1197 Massa argenti set in a triangular frame of iron rep. a. 1781 prope Bentley in Great Stanmore, Middlesex una cum nummis Romanis aureis quinquaginta aliaque supellectile antiqua. Ubi servetur ignoro. Inscriptum fuisse dicitur

HONOR

Goughs *Camden* 2 p. 108 (inde ego mus. *Rhen.* 13, 1859 p. 365; A. Way non memorat).

Est fortasse exemplum imperfectum praecedentis.

1199 Massa aenea formae rotundae nuper rep. in Anglesey, Wales. Servat W. Owen Stanley Londiniensis. Pondo est librarum 29 unciarum 6. 'A rough lump of metal seems to have been added at the upper part of the cake possibly to increase or adjust the weight' (WAY). Impressum est bis litteris extantibus intra circulum

IVLS

Albertus Way misit delineatam accurate.

Iul(ii) S(everi?)

Litterae videntur esse saeculi secundi.

1200 Massa aenea rep. saec. XVIII at Caer hên (sive Kaer hyn), 4 miles above Conway, in Caernarvonshire Cambriae. Servabat in Conway baro Mostyn; ubi nunc sit ignoro. Forma est rotunda irregulari, plana ab altero latere, ab altero convexa, margine inaequali; pondo est librarum 42. In latere plano medio inscriptum est litteris alte extantibus

SOCIO
ROMÆ

atque huic titulo fere medio impressum est sigillum litteris minutis eo quem indicavi supra loco inscriptum sic:

NAT·SOL

Pennant *a tour in Wales* (Lond. 1778) p. 63 tab. 9 (inde Goughs *Camden* 3 p. 190 tab. 9 fig. 13; ego mus. *Rhen.* 13, 1859 p. 365; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40).

Pennant Eduardi Lluyd explicationem suamque ipsius protulit, quas hic repetere non attinet. Lego

Socio(rum) Romae

et

Nat(alii) Sol(lertis)

Scilicet socios dominos fuisse puto metallorum aeris, quae non necessario quaerenda sunt ibi, ubi massa illa reperta est, sed quae possunt in Britannia fuisse, Romae degentes, Natalium autem illum (nomen habuimus supra n. 3) Sollertem aut Sollemnem aut similiter appellatum iis instituisse, unde massa aeris provenit. Socios metalla habuisse nemo mirabitur; de sociis salariis dixi in *Hermae* vol. 1, 1866 p. 136 ss.

Pennant (p. 72) adnotat aliam aeris massam repertam esse in *Llanvaerthlle* in insula *Anglesey*, pondo librarum 50, inscripta ei dicitur fuisse nota L litterae similis (inde memorat A. Way *archaeol. journ.* 23, 1866 p. 66). Cf. n. 1199.

1198 Massae argenti duae repertae a. 1854 una cum nummis 1056 imperatorum a Constantio iunior ad Constantinum III, prope Coleraine in comitatu Londonderry Hiberniae insulae. Servatur Londinii in museo Britannico. Forma similis est atque n. 1196, sed in a infra dimidia pars deest.

a EX OF PA
TRICI

b CVRMISSI

Contuli. I. Scott Porter *Ulster journal of archaeology* 2, 1854 p. 184 tab. fig. 4; C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 283 (inde ego mus. *Rhen.* 13, 1859 p. 365; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40).

a EX OF PA/TRICII tabula Porteri; dedi ut vidisse mihi visus sum.

ex of(ficina) Patrici

Curmissi

Curmissus vel *Curmissius* nomen mihi aliunde non notum; de *curatore misso* vel *Misso* (*procuratore* certe non cogitandum cum editoribus.

1201 Non puduit Romanos, rerum dominos, trophaeum ex oblonga plumbi tabula in ipsis pene eorundem montium (*the Mendip Hills*) radicibus, ad fontes Ochidis fluvii fabulosis ditionis episcopi Fontani (*the bishop of Wells*) Claudio Caesari sic inscriptum erigere...; hoc trophaeum annis abhinc paucis aratro erutum, et ad aedes Thomae Houerti, Icenorum ducis, Londinum translatum LEL. Non procul ab hoc (*Ochie hole* prope *Mendip hills*, *Somersetshire*) regnante Henrico VIII aratro eruta fuit oblonga plumbea lamina in trophaeum olim erecta et sic inscripta CAMD. Locus ubi reperta est *the Wokey* s. *Wookey hole* dicitur situsque est prope *Bruton*. Servabatur apud ducem *de Norfolk* in *Lambeth* HOLL. (ex Lelando et Camdeno). Deinde periit aut latet. Mensura et pondus ignota.

TI·CLAVDIVS CAESAR AVG·P·M

TRIB·P·VIII·IMP·XVI·DE BRITAN p. C. 49

Leland assertio incomparabilis Arthuri in collectaneis ed. Hearne vol. 5 (ed. II 1774) p. 45; *Camden* ed. I (1589) p. 105 qui videtur ex Lelando sumpsisse (inde reliqui Grut. 238, 5 'e Camdeno'; Donat. p. 98, 5 'ex schedis Petri Gnocchi'; *Hollands Camden* p. 230; *Musgrave antiquitates Britanno-Belgicae* p. 181; *Horsley* p. 328; I. Ward *philos. transact.* 49, 1756 p. 698; Goughs *Camden* 1 p. 104; Hoare *Gyrard. Cambr.* 1 p. 94; Warner *history of Bath* p. 26; *Collinson Somersetshire* 3 p. 420; Pennant *tour in Wales* 1 p. 57; Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 24; Yates p. 16; ego mus. *Rhen.* 12, 1857 p. 351; Newton p. 119, 133; *Poste Brit. res.* p. 368; Wright *the Celt* p. 238).

2 TRIB·P·VIII editio *Camdeni* VI, errore.

Ti. Claudius Caesar Aug(ustus) p(ontifex) m(aximus) trib(unicia) p(otestate) VIII imp(erator) XVI. De Britan(nicis)